

1696

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Presentis publici Instrumenti tenore notum sit, ac pateat omnibus et singulis, qualiter
eiusdem Domini Nostri Millesimo Sexcent^{mo} Nonag^{mo} Sexto
Indictione 4^{ta}, Pontificatus N. I. R. I. Innocentij
V. p. Papa 12^{mi}, anno Sexto, die vero Sabbathi, qua fuit
vigesima quinta Aug^{sti}, in mei Notarij Testiumq^{ue} infra
scriptorum praesentia personaliter constitutus Adm^{us} P^{ro}vis
et Doctissimus D^{ns} Henricus Kleinerman S. Theologiae
Licentiatus, ac florentissim^{us} Gymnasij Laurentiani P^{ro}fo,
n^{us} Philosophiae Professor Ordinarius Principalis Prin
cipaliter pro se ipso exposuerit, quod cum novissim^e
sibi in Collegiata Ecclesia S. Lubentij in Dioc^{esi}ensi
Archidiaconus Trevirens^{is} Canonatus et Praebendae
obtineret, de ijsq^{ue} pleno jure provisos ac institutos
fuerit. eorundem vero realem ac corporalem possessionem
per se ipsum ob alias occupationes apprehendere nequeat,
quod omnia melioribus modis, via, forma ac jure
in suum verum, legitimum ac indubitatum Mandatarium
per vires gerentem nominaverit, ordinaverit, ac con
stituerit Adm^{us} P^{ro}vis et Doctissimum D. Casparum Schorn
vici Collegiatae Canonium Capitularem ac Pastorem
ibidem, prout praesentium vigore. Eundem nominat,
ordinat et constituit, ad effectum sui comparentis remi
ssum coram Benefab^{us} Collegiata Ecclesia Decano et
Capitulo comparentis, atq^{ue} in vim Collationis ac in
stitutionis de persona sua, ubi praefertur, facta esse

in corporalem realem et actualem possessionem ^{Forum}
Canonicatus et Præbendæ induci, sibiq; Statum
in Choro, et Locum in Capitulo cum plenitudine
juris Canonici, omnibusq; juribus et appensionib;
assignari petendi; cumq; in finem Literas Consecutus,
Natalium aliarumq; requisitorum exhibendi; ac
consuetum seu aliud quodvis licitum Juramentum
promissorum occasione præstandum, in animam
suam emittendi, et si necesse fuerit, unum vel
plures cum eadem facultate substituendi; nec
non omnia alia et singula facienti, gerendi et
exercenti; quatenus tamen per ea modernis S^mi
D. Nⁱ Papa Innocentij novissima Constitutio.
de Data Romæ sub Annulo Piscatorij die xxii^{da}
Septembris Anno 1695. emanata, quantum in ipso
est, salva maneat, de quo prætestatur; quæ in
premissis et circa ea quomodolibet necessaria fue-
rint et opportuna, et ipsemet D^{ns} Constituent
facere gerere et exercere possit, ac deberet, etiam
alia forent, quæ Mandatum exigent magis
speciale, quam præsentibus est expressum. Quomodo
sens se ratum, gratum ac firmum habiturum, q^{uo}d
per D^o Constituent^{seu} seu substituendum actum gestumve
fuerit, cum relevatione indemnitate, alijsq; Cau-
sulis solis et requisitis. Super quibus omnibus
et singulis idem D^{ns} Constituent sibi unum vel
plura Instrumentum seu Instrumenta publica
confici petijt. Acta sunt hæc Colonia Agripp.
Anno, Indictione, Pontificatu, mense et die
quibus

quibus supra, in praedicto Gymnasio Laurentis
praesentibus admi R. & ac Doctissimis DD. Goë
Georgio Holstori, et Casparo Hahnio S. Theologiae
Licentiatij, ac respective Philo-
sophia et Humaniorum ibidem Professoribus, Testibus
ad praemissa specialiter rogatis.

In quorum omnium et singulorum
fidem Ego Joachimus Vlenberg
Lippensis Opticus in Archivio
Scriptorum Romanae Curiae descriptus
Notarius praesens Instrumentum
feci, subscripsi, sigillis Notariatus
consuevis signavi ac publicavi
specialiter requisitus.

Joachim Vlenberg Not.
qui supra subscripsit

1896



Instrumentum
Publicum
Mandati Procurationis
in
Personam Dni
Caspari Schorn
concernens
Kleinshausen

Dietrich